

60



Materia fulminea dum in uno reperit conductorem huic fluido devehendo satis aptum a ccepta semel via non desistit sed per illum in quem irruit progressa in terram diffunditur.

Phænomenon XVI.

Tempestas fulminea Tormentorum explosione & campanarum sonitu avertitur.

Fieri id poterit si nubes fulminea sit adhuc satis remota aut ejusdem intensitas minor. Commotione enim illa aeris ad nubem usque propagata, illa dividi divisaque vires suas amittere poterit. Unde, five tormentorum explosio, five campanarum sonitus non citra periculum fiet, si nubes fulminans in minore distantia turri ex qua campana suspensa pulsatur incumbat: sic enim aere diviso cessabit illa resistentia, quæ impediēbat, quo minus materia electrica erumperet, quare viam faciliorem nacta aut in turrim, aut in proxima ædificia erumpet.

Innumera alia consulto prætereo, utpote ex dictis facile solvenda.



PO.